

Distance, which I would certainly have measured, if I had had proper instruments. And if others, who are more skilled in these Affairs, have made the like Observation, I shall no longer doubt of the Moon's having an Atmosphere.

*Bristol, Feb. 19.
1725.*

III. *Sceleton duorum Humanorum petrefactorum pars. Ex Epistola Joh. Jac. Scheuczer, M. D. R. S. S. ad Dom. Hans Sloane, Baronettum, S. R. V. Pr.*

NOsti, Vir Expertissime, ex hominum diluvio submersorum genere paucas superstites esse reliquias. Neque ego hactenus in numerosa satis collectione plures habui quam binas dorsi vertebrae, atro-nitentis splendoris, petrefactas. Nunc autem, ἀγαθὸν τύχη Museolo meo illatum, lapidi fissili Oeningensi immersum λέπαρον, omni attentione dignissimum, in quo distincte cernere licet, non vagae imaginationis simulacra, sed capitis humani à quovis alio animantium genere distinctivi partes benè multas, reapse residuas, cranii ambitum, os frontis, ossa sincipitis, occipitis, orbitam oculi, baseos cerebri & medullæ oblongatae λέπαρα, prominentiam interiorem ossis occipitalis, quæ cerebelli lobos separat, colli vertebrae numero 7, partim denudatas, partim lapideo cor-tice tectas, & est hæc veluti orthographica sectio poste-rioris capitis partis.

Sed

Sed inde ex quo Monumenti hujus sui potitus, singulari Divinâ Providentiâ novus ex dicta lapicidina advolavit hospes, carior tanto, quia est ex rarissimis, charior, quod nec veste opus habeat, nec alimento, omnia secum portans, priorem vincens & magnitudine, & ætate, & curiositate. Ad sunt nempe in dicto fissili lapide demersa, ex hominis adulti sceleto, ejusve structura anteriore, peripheria ossis frontalis, os jugale, orbitæ oculorum, cranii tabulæ cum diplœ, vestigia foraminis infraorbitalis destinati pro transitu nervorum quinti paris, reliquiae vel ipsius cerebri, vel duræ matris, ossa cribrosa & spongiosa, os vomeris nasum disternans, ossis quarti maxillaris portio, quæ genas constituit, nasi reliquiae, masseteris portio, sectio orthographica transiens per apophysin condyloidem maxillæ inferioris ad angulum usque hujusdem maxillæ, vertebræ in continua serie numero 16, pleræque cum processibus transversis, claviculæ dextræ extrema portio, quæ scapulae nequitur, sinistræ media portio lapide tecta. Ex qua sceleti proportione judico, integrum hominis statram fuisse eandem, quæ circa mea est, 58*½*. pollicum Parisiensium.

Tiguri, 25 Decemb,
1725.

IV. *Obser-*